

 	

!
!

!

Translate this story into English:

Apud Helvetios longe nobilissimus et divitissimus Orgetorix fuit. Is, regni cupiditate inductus, coniurationem nobilitatis fecit et civitati persuasit ut de finibus suis cum omnibus copiis exirent. Dixit perfacile esse, cum virtute omnibus praestarent, totius Galliae imperium capere. Id hoc facilius eis persuasit, quod undique loci natura Helvetii continentur: una ex parte flumine Rheno latissimo atque altissimo, qui agrum Helvetium a Germanis dividit; altera ex parte monte Iura altissimo, qui est inter Sequanos et Helvetios; tertia lacu Lemanno et flumine Rhodano, qui provinciam nostram ab Helvetiis dividit. His rebus fiebat ut et minus late vagarentur et minus facile finitimis bellum inferre possent; qua ex parte homines bellandi cupidi magno dolore adficiiebantur. putabant se fines angustos habere pro multitudine hominum et pro gloria belli atque fortitudinis. Fines Helvetiorum in longitudinem milia passuum CCXL, in latitudinem CLXXX patebant.

Caesar, *Gallic War* 1.2 (adapted)

Names

Helvetii, -orum
Orgetorix, -igis
Gallia, -ae

Helvetii, a people of central Gaul (Switzerland)
Orgetorix, chief of the Helvetii
Gaul, a Roman province